

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U. D.
& Cod. Professor. Ad Funus, Quod Filiolo suo desideratissimo, Johanni
Bacmeistern/ Parentes moestissimi, Hodie circa horam primam pomeridianam
paratum cupiunt. Omnes & Singulos Academiae Cives peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1655

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746584237>


Druck Freier  Zugang





Lembke, H.,
in ^{ol.} J. Bacmeister.

R. 1655.

50







PROGRAMMA

QVO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS Lembke /

J. U. D. & Cod. Professor.

AD FUNUS,

Quod


Filiolo suo desideratissimo,

JOHANNI
Bacmeister /

Parentes moestissimi,

*Hodie circa horam primam pomeridianam paratuna
capitur.*

Omnes & Singulos Academiae Cives peraman-
ter invitac



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typog.

ANNO 1655.



Nihil sub Sole certius, magisque cum humanitate conjunctum, quam ut caduci corporis liberati carcere, mortis aliquando fatali peste abripiamur. Serius, occlusus, vitæ nostræ meta advenerit, morti denique succumbendum, nec quicquam in illâ arenâ tergiversandum, quando suis Mors instructa toxicis, mortiferum nobis poculum propinat. Nullam illa moram patitur, vel permittit; irrevocabile, immutabileque est fatum. Nec senium triste, nec capitis canities, nec ruga frontis, factorum ictus declinat. Neque juvenia florida, neque pubescentes genæ, neque ipsa etiam infantia lethi falcem avertunt. Et quis miretur? Cum (uti fruges satæ in herbam, in culmen, in aristam surgunt, maturescunt, & metuntur) ita homines in hancce vitam veniant, & quidam

dam in maturitate aliquâ metantur, quidam in herbâ, quidam in ipso culmo per-
eant. Quorum numerum pro dolor! auxit
elegantissimus puellulus JOHANNES BAC-
meister. Qui in hanc communem lucis usu-
ram prodierat, ANNI præteriti M. DC. LIV.
die 19. Novembris, horâ 11. nocturnâ; die
verò 20. ejusdem Mensis, lavacro Sacræ reg-
enerationis initiatus, nomenq; paternum JO-
HANNIS videlicet, consequutus, Patrem ha-
buit Virum Clarissimum, Excellentissimum,
Experientissimum DN. JOHANNEM BAC-
MEISTERUM, Medicinæ Doctorem,
Professorem & Physicum, Dn. Collegam &
Amicum honoratissimum. Matrem verò
HEDEWIGEM Wulffrahts / foeminam
virtutibus sexum istum decentibus con-
spiciuam: Avus ipsi Paternus fuit, Vir Cla-
rissimus, Excellentissimus, Experientissimus
DN. MATTHÆUS Bacmeister / Phil. &
Medicinæ Doct. celeberrimus, Celsissimi In-
ferioris Saxonæ Principis AUGUSTI olim
Archiater & in præclarâ Republicâ Lunæ-
burgensi Physicus. Qui progenitus fuit Patre
MAGNO illo, Ecclesiæ Orthodoxæ Theolo-
go & Doctore, DN. LUCA BACMEISTERO,
Professore hujus Academiae per XLVI. an-
nos,

nos meritissimo, & Ecclesiae ad D. Mariam
 Pastore, ut & per complures annos Super-
 intendente gravissimo; Matre autem JO-
 HANNA BORDINGIA, illius summi
 Viri DN. JACOBI BORDINGII Medici-
 nae Doctoris, Academiae hujus Professoris, &
 Celsissimorum Ducum Mecklenburgensi-
 um, nempe DN. HENRICI PACIFICI, &
 DN. JOHANNIS ALBERTI; postmodum
 vero Potentissimorum Regum Daniae, videli-
 cet CHRISTIANI III, ac FRIDERI-
 CI II, Archiatri filia; Viri non minoris
 celebritatis, DN. JACOBI BORDIN-
 GII, Jacobi celeberrimi, Academiae hujus
 per multos annos Professoris excellentissi-
 mi, Celsissimi Ducis Mecklenburgensis, ac
 Nestoris Germaniae per viginti annos & tres,
 Cancellarii & Consiliarii; tandem Consulis li-
 berae ac Imperialis Urbis LUBECÆ Am-
 plissimi Sorore. Avus maternus erat vengu-
 stissimo huic infantulo, Vir Prudentissimus
 ac Spectatissimus, DN. DIETERICUS
 Wulfrath / Senator hujus Reipublicae hono-
 ratissimus; Viri olim probissimi & honestis-
 simi DN. DIETERICI Wulfrath / Civis &
 Mercatoris Lubecensis primarij, ut & MA-
 GDALENÆ von Gollen / Faeminae laudatissi-
 mae


Imæ filius, Aviam paternam agnovit
denatus infantulus, SOPHIAM Kellermans / illius olim Viri gravissimi, DN.
JOANNIS KELLERMANNI, Consulis
hujus Reipublicæ, & Optimæ Matronæ
DOROTHEÆ Jüngelings / filiam, & vel
unicò Patre DN. BERNHARDO Jüngelings /
Principum Mecklenburgensium æternitati
consecratorum JOHANNIS ALBERTI &
UDALRICI Secretario, deindeq; in Oppido
Gadebusch & Civitate WisMariensi rei mo-
netariæ Præfecto; ac unicâ matre ELISA-
BETHA Kupferschlegers / fœminâ honestissi-
mâ, celeberrimâ. Aviam maternam itidem
agnovit HEDEWIGEN Tanchen; Jcti
olim præcellentis & Syndici WisMariensis,
DN. MARTINI Tanchen filiam; & Viri No-
bilissimi ac Consultissimi DN. MARTINI
Tanchen / Potentissimi Daniæ Regis FRIDE-
RICI II. & Serenissimi Electoris Saxonici JO-
HANNIS GEORGII, Consilarii Sororem,
ab HEDEWIGE Dencfers / DN. PETRI
Dencfers / Illustrissimi Holsatiæ Ducis Præfe-
cturæ Administratoris fidelissimi filiâ pro-
gnatam. Sed cum tam claris, tam celebri-
bus, puerulus hic, Majoribus ac Parentibus,
suam debuit originem: eorumq; gloriosissi-

ma vestigia premere (DIVINO AUXILIO)
potuisset; non absq; ingenti Parentum &
amicorum luctu, expectatione speq; eorun-
dem citius, mortalitatem suam deposuit &
præterlapsi nuperrimè Januarii, die 27. circa
horam Sextam vespertinam morbô, ut & con-
tinuâ febre cum tussi gravissimâ conjunctâ,
correptus, secessit è rebus caducis, die 2.
Februarii, & ad sempiternas illas cœlestesq;
sedes commigravit. Dum dies saltem 74.
horas 5. in hisce terris commoratus fuisset.
Cujus tam velocem è consortio mortalium
abitu, nolite intemperantius deplorare,
Parentes mœstissimi: Sed gratulemini fatius
mellitissimo infantulo, & dilectissimo filio-
lo vestro, quod inter hujus vitæ miseras, ut
in turbido mari, tam celerrimè ad portum
venerit, ad illum inquam optatum portum,
ubi liceat tutò dicere, *spem, vota, timorem;*
compositus, placidò sine relinquo aliis. Lætemi-
ni potius, quod (ut cum Cypriano Serm. IV.
de immortalit. scribam) periculum lubricæ
ætatis evaserit, & ad continentiaæ atq; inno-
centiaæ præmium tam citò accesserit. De-
prædicare infantuli vestri felicitatem; quod
magnis ac difficilibus ereptus sit calamitati-
bus, in quas omninò deveniendum ipsi fue-
rat,


rat, si vixisset. Audite quæ sapientissimus
Plato scribat. *Nisi quis ocys vitam velut as
alienum reddiderit; astans supra caput natura
tanquam fenerator reposcit usuram; ab alio qui-
dem visum, ab alio auditum, perscepè utrumq;
at si quis diutius cunctetur, debilitat eum, ex-
cruciat & artuum morbo afficit.* Atalibus tan-
tisq; malis jam liber erit infantulus vester
suavissimus, Parentes dilectissimi, quia tam
festinanter naturæ debitum persolvit, quia
mortuus est placidissimè (ô summâ felicitas)
priusquam morte aliquid dignum ipse egit;
quia ante tot pericula, antè tot mala, lubricis
vitæ casibus est ereptus. Vos autem Omni-
um Ordinum CIVES ACADEMIÆ, Ve-
stris titulis honoratissimi, Corpusculum hu-
jus infantuli, innocentissimæ animulæ bre-
vissimum hospitium, supremò honore affi-
cite; & cum hodiè horâ I. in Templò Ma-
rianò sepulturæ tradi debeat; itote (aman-
ter orò & officiosè invito) frequentissimè &
DECENTISSIME Exequias. Exhibete ipsi
ultimum hunc honorem, & non solùm
ipsi, sed & ejusdem parentibus Optimis,
totiq; præclaræ literatæ, & de literatis lau-
dabiliter pròmeritæ familiæ, hanc Christia-
nam humanitatem contestamini. Ipsiq;
etiam,


etiam, inter eundem cogitate propriam ve-
stram mortem, quæ cervici vestræ quolibet
momento astat, & extremum ictum ad so-
lam DEI voluntatem differt. State in-
procinctu, & ipsi optimè edocti & experti,
Nullam legem de morte, neq; certum ejus
tempus Vobis præscriptum esse, Et stare
quidem terminum nobis, ubi illum inexo-
rabilis fati, vel satius, infallibilis Divinæ
Providentiæ necessitas fixit; sed neminem
scire, quàm propè versetur. P. P. RO-
STOCHII sub Sigillo nostri Recto-
ratus, die 5. Februarii. A. D.
M. DC. LV.





GK





rat, si vixisset. Audite quæ sa
Plato scribat. *Nisi quis ocynus vi
alienum reddiderit; astans supra
tanquam scenerator reposcit usuram
dem visum, ab alio auditum, perse
at si quis diutius cunctetur, debili
cruciat & artuum morbo afficit. A
tisq; malis jam liber erit infan
suavissimus, Parentes dilectissim
festinanter naturæ debitum pers
mortuus est placidissimè (ô sum
priusquam morte aliquid dignu
quia ante tot pericula, antè tot ma
vitæ casibus est ereptus. Vos au
um Ordinum CIVES ACADE
stris titulis honoratissimi, Corp
jus infantuli, innocentissimæ an
vissimum hospitium, supremò h
cite; & cum hodiè horâ I. in T
rianò sepulturæ tradi debeat; it
terorè & officiosè invito) freque
DECENTISSIME Exequias. Ex
ultimum hunc honorem, & n
ipsi, sed & ejusdem parentibus
totiq; præclaræ literatæ, & de li
dabiliter prômeritæ familiæ, han
nam humanitatem contestamin*

